

698 non longe a vico Materia, qui distat a Tergeste horis II in via publica versus Fiume, rep. et a fundi domino Negovetich a. 1842 data museo Tergestino.

hANC · VIAM · DERECTAM  
PER · ATIVM · CENTVRION · POST  
SENENIAM · DICTAM · AB · A · PLAVTIO  
LEGATO · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG  
5 GERM · ET · POSTEA · TRANSLATAM · A sic  
RVNDICTIBVS · IN · FINES · C · LAECANI  
BASSI · RES · TIT · VI · T · IVSSV · TI · CLAVDI  
CAESARIS · AVG · GERM · IMPERATORIS  
L · RVFELLIVS · SEVERVS · PRIMIPILARIS

Contuli. Ed. Kandler *esplorazioni* n. 10 p. 3 (cf. n. 11 p. 8) et in Istria 1851 p. 37 et in inser. n. 524 et in supplementis ad Scussam ed. p. 205; Henzen *Bullett. dell' Inst.* 1856 p. 74 et syll. n. 6618 ad exemplum meum et ad idem Rudorff in Lachmanniana agrimensorum editione 2, 463.

[H]anc viam, drectam per Atium centurion(em) post sententiam dictam ab A. Plautio legato Ti. Claudi Caesaris Aug(usti) Germ(anici), et postea translata a Rundictibus in fines C. Laecani Bassi, restituit iussu Ti. Claudi Caesaris Aug(usti) Germ(anici) imperatoris L. Rufellius Severus primipilaris. A. Plautius cos. suff. a. p. C. 29 is est qui Britanniam domuit a. p. C. 43; C. Laecanius Bassus consul a. p. C. 64 (Henzen 6858 al.) obiit imperante Vespasiano (Plinius h. n. 26, 1, 5). A. Plautius in qua legatione hanc sententiam dixerit, potest dubitari; si dixit provinciae legatus, quod probabile est, non tam Pannoniae praefuit quam Dalmatiae, cum praesertim fines Italiae iam imperante Augusti prolati videantur esse ad Nauportum (Oberlaibach), de finibus autem inter Dalmatiam et Histriam per has partes mediterraneas nullo modo constet. Sed res eo magis incerta est, quod agitur de via primum drecta per Rundictes nescio quos, deinde translata in fines Laecanii Bassi.

699 in Copriva partendo della chiesa a due tiri di fucile a levante in mano destra si va ad uno scoglio largo 1 Klafter, alto 4 piedi.

X.....TCL.....  
F.

Io ritengo che possa essere stato luogo di xenodochio eretto da Ti. Claudio Nerone Druso, di cui qui era il confine Romano al 43 di Cristo. Kandlero Lud. de Tenner Oct. 1858.

700 litteris antiquis. Rep. Nabresinae in lapideinis, ubi videtur incisa esse alibi collocanda nec collocata KANDLER. Nunc Tergeste in museo.

VIEAM  
PRECAREM

Descripsi. Ed. Kandler *espl.* n. 4 p. 2 et in Istria 1852 p. 81 et inscr. n. 519; C. I. L. I n. 1464 et in tabula Ritscheliana LXXIB.

701 Nabresinae rep., illata Tergeste in museum.

PRIVAT

Descripsi. Ed. Kandler *espl.* n. 4 p. 2 recte, male in Istria 1852 p. 81 et in syll. n. 518.

702 Nabresinae ad litus rep.

L · FARIL///  
//FE · SIBE///  
ARTIMIO///  
/ / / / / / /

Kandler ms. et in Istria 1847, 314 et in syll. n. 84.

703 epistylia pars. A Praprod, dieci minuti da S. Pelagio [Polaj] di Duino sul Carso, scop. sotto catasta di legno nel di 12 Giugno 1842. KANDLER. Nunc Tergeste in museo.

PORTITOR · SOC · S  
L · L · L · AGATO · SOC · S  
COLVMNASQVE MAG · FI  
O · MENERVAI D D L M

Descripsi. Kandler ms. et *espl.* n. 5 p. 3 et syll. n. 521; C. I. L. I n. 1462 et in tabulis Ritschelianis LXXID.

Titulo denuo examinato visum est antea fuisse SOC · S, deinde hoc deleto rescriptum esse PORTITOR · SOC · S. Scilicet prima littera visa est P ex S facta, item tertia R ex C, quinta I ex S; secunda mansit non mutata, litterae autem quarta et sexta T utraque tam artum spatium occupant, ut videantur postea demum insertae. In litteris sex extremis OR · SOC · S apparent liturae nullae.

704 rep. 1842 ad S. Pelagii [Polaj] di Duino, nunc Tergeste in museo.

ABENNAEVS · CAT | I · M · S · MACERIEM  
PINNASETAVSTIA · DE · S | OFECIT · MINERVAE · DI

Descripsi. Ed. Kandler *espl.* n. 5 p. 6 et syll. n. 516. 517; C. I. L. I n. 1463 et in tabula Ritscheliana LXXIC.

Lectio certa est etiam dimidiatarum litterarum.

705 ad S. Iohannis del Carso in Iapydia VALV. — Male in portu Caprulano MUR.

FATIS · OCTAVIA  
SPERATA · VOTVM  
SOLVIT · LIB · MVN

Valvasoni ms. (inde Mur. 89, 4; Bertoli p. 428 n. 633; Orelli 1772).

706 prope Castel Duino in ecclesia S. Iohannis Baptistae de Tuba ad fontes Timavi vidit iam SANUTUS, qui locum appellat in itinerario *San Zuane dil Timavo, loco delo Imperador ecclesiamque illam dicit novam: qui è una chiesa fabricata di novo, perhoche intender si dia che questo S. Zuane è una villa, et in tempo di Turchi che vene in Friul fu vastata e mal conditiona.* Eundem locum indicant POSTERIORES omnes in muro presbyterii pone chorum iuxta viam publicam. — Errore Tergeste in ecclesia S. Iohannis de Tuba BEMBUS.

S · A · S · PRO SAL  
AQVILINI  
VILICI · AVGG  
ET · TITI · IVLI  
5 AQVILINI  
IVLIA  
STRATONIC  
V · S

Sanutus itin. 1483 p. 146 et syll. f. 147; Istriani auctores antiqui Tomitanus f. 16, Bembus f. 105', Peutinger 526 f. 110'; Iac. Valvasone in epistula ad Marcum Savornianum (inde Manut. cod. Vat. 5248 f. 23); idem apud Iovitam Rapicium l. c. in praefatione f. 308 (inde Grut. in corr.; Don. 7, 205 ex auctoribus variis de balneis; Mur. 888, 6 ex Donio); Grut. 115, 7 a Verderio, qui vidit; a Turre p. 320 (cf. err. typ.) a prioribus opinor (inde Bertoli p. 111 n. 97, Carli 2, 311); Cortenovis ms. et apud Carlium 3 p. LIV; *Memoria delli sigg. abb(ati) G(iuseppe) B(erini), L(eonardo) B(rumati) e G(ian) B(attista) V(atta) intorno a tre iscrizioni Romane nel muro della chiesa di S. Giovanni di Duino Udine* 1820. 4; Berini Timavo (1826) p. 8, cuius etiam schedas vidi Vindobonae inter Steinbücheliana (s. *Wiener Jahrb. A. B.* 48 a. 1829 p. 89). Epistulam de his titulis insertam in *Giorn. delle prov. Venete* t. II (1822) p. 274—277 non vidi. A prioribus Orell. 1834.

Variam lectionem dabo Sanutiani exempli utriusque, Tomitani, Valvasoniani, Rapiciani, Verderiani, Cortenoviani, Beriniani. — I S · A · S] S · A · I San. it., S · S San. syll. — SAL] SAI San. Tom. Rap., SAT Verd. — 3 VILICI Rap. Cort. — AGG Verd. — 4 ET] E San. syll. — 5 om. San. — 7 STRATONICI Verd.

S(pei) A(ugustae) s(acrum) pro sal(ute) Aquilini vilici Aug(ustorum) et Titi Iuli Aquilini Iulia Stratonic(e) v(otum) s(olvit). De Silvano Augusto ne cogites in hac, quamquam similiter notatur passim in Aquileiensibus, facit non tam formularum diversitas quam quod tituli simul reperti n. 707. 708 probant hoc loco ad Timavi fontem aedem stetit dedicatam Spei Augustae. Eiusdem Aquilini titulum sepulcralem positum a coniuge Iulia Stratonic(e) dabimus in Noricis.